SPECIMEN

NOUAE SIBYLLINORUM ORACULORUM EDITIONIS.



VIRO ILLUSTRISSIMO

CAROLO FRIDERICO GUILIELMO HASSELBACHIO

SS. THEOL. ET PHIL. DR. GYMN. REG. SEDIN. ET SEM. PHIL. DIRECT. AQ. RUBR. EQ.

MUNERE CEDENTI

A. MDCCCLIV

GRATO ANIMO ET QUA PAR FUIT PIETATE

HUNC LIBELLUM OBTULERUNT

PAULUS BARTHOLDY. FRANCISCUS KERN.

D. RICARDUS VOLKMANN. *D.* HUGO ANTON.

SEDINI

Ex officina J. T. Bagmihl, H. G. Effenbartii.

Guilielmo Dindorfio uiro clarissimo qui mirum quantum meis studiis fauet auctore, nouam Sibyllinorum editionem parare constitui. Inde factum est, ut omne otium, quod mihi uariis et grauissimis negotiis inpedito supererat, in haec oracula conferrem, omninoque in recentiorum poetarum epicorum artem metricam inuestigandam et illustrandam elocutionem. Itaque cum amici me dignum censuissent cui munus conscribendi libelli deferretur, quo Te, uir illustrissime, iam munere cedentem, cui plus quinquaginta annis egregie praefuisti, prosequeremur et pietatis nostrae gratique animi erga Te quamuis exile monumentum erigeremus, fieri non potuit, quin horum studiorum specimen Tibi proponerem. Primum enim nefas fuisset et religioni aliud quicquam Tibi offerre, quam in quo toto animo omnem operam collocaui et plus triennio, fortasse laudabili diligentia, desudaui. Deinde uero ualde mea interfuit ut haec studia, antequam prelo diuulgarentur, Tuo, uir doctissime, subicerentur examini, ut si quid iis inesset, quod Tibi placeret, hoc nobis indicares, sin quae minus bene Tibi facta uiderentur, sententiam Tuam nobiscum benigne communicares. Nam bene scio Te ut minimum dicam paterna semper beniuolentia tam meis quam amicorum studiis praefuisse, Te nobis omnibus neque re neque consiliis umquam defuisse. Denique oracula Sibyllina ipsa non indigna uidebantur, quibus parumper animum Tuum aduerteres, quorum argumentum ad philologos aeque ac theologos pertinet. Tuum uero nomen in utriusque ordinis primoribus iam dudum ab omnibus relatum est.

Atque rem ita instituendam esse censui, ut primum de codicibus pauca praefatus, uiam indicarem, quae in edendis et emendandis oraculis mihi tenenda uideretur, deinde oraculorum librum primum ederem integrum, postremo in adnotatione critica scripturae immutatae rationem redderem. Codices autem oraculorum manu scripti quotquot extant omnes recente admodum aetate

exarati sunt. Itaque omnes grauissimis corruptelis laborant et ne unus quidem eam attingit praestantiam ut iis oraculorum collectionibus committi possit, quae SS. Patribus usuuenerunt. Nam quae passim ab his et a Lactantio in primis oraculorum fragmenta citantur, textum exhibent admodum bonum, corruptum quidem haud paucis in locis, sed numquam barbare foedatum, et cum omnes oraculorum codices haec fragmenta uetustate praecedant, in ipsa codicum condicione diiudicanda et pretio, haud parui facienda sunt. Omnino autem, ut iam alii recte monuerunt, tres Sibyllinorum codicum classes statuendae sunt. Quarum prima ea est, quae oraculorum libros XI—XIV, IV, VI cum octaui parte continet, ad fragmentorum scripturam quam proxime accedens. Secundum locum ei tenent codices, qui octo priores libros eo ordine continent, quem post Xystum Betuleium seruarunt editores, siglis A B Pr notati a Friedliebio, quem sequor. Ab his codicibus fundamentum scripturae petendum est iis in libris, qui in codicibus primae classis omissi sunt, I—III, V, VII et in octaui maxima parte. Restat tertia classis codicum F L R, quos ex eodem fonte cum secunda classe fluxisse manifestum est, quamquam librorum ordinem paullulum immutauerint. Textum exhibent hi codices neglegenter scriptum, uitiis cuiusuis generis deprauatum, lacunis hiantem, interpolationibus refertum, ut in constituendis oraculis fere nullius sint pretii. Cuius rei luculentum extat exemplum II, **222** sqq. quo loco de iudicio uaticinatur Sibylla. In Friedliebii editione, qui fere semper peiorum codicum auctoritati adhaesit, contra sententiam, grammaticam et metrum hi uersus ita leguntur:

καὶ τότε νερτερίοις ψυχὰς, καὶ πνεῦμα, καὶ αὐδὴν,
δώσει ἐπουράνιος θεὸς, ὀστέα θ'ἁρμοσθέντα
ἁρμοῖς παντοίοις, σαρξὶν δέ τε πάσαις σάρκας
νεύρεσιν νεῦρά τε, καί τε φλέβεσσιν ἁπάσαις αἷμα,
225. *δέρμα δέ, γ'ἐν χροῒ αἱ πρὶν ἔθειραι εἰσαῦθις φύσουσιν.*

At codices Pr A v. **225** prorsus omittunt, v. **223** sic exhibent: *ἁρμοῖς παντοίοις σαρξὶ σάρκες καὶ νεῦρα περὶ χροῒ*, et v. **224**: *καὶ φλέβες ἠδέ τε δέρμα δ'αἱ πρὶν ἔθειραι*, unde non dubito hanc scripturam restituere:

ἁρμοῖς παντοίοις, σαρξὶν σάρκας καὶ νεῦρα
καὶ φλέβας ἠδέ τε δέρμα περὶ χροῒ καὶ πρίν ἐθείρας,

h. e. carnibus carnem reddet deus et neruos et venas et cutem et priores capillos, quod contra Sibyllae neque metrum neque syntaxin dictum est. ceterum ex iisdem codicibus etiam v. **222** legendus est:

δώσει ἐπουράνιος καί τ'ὀστέα ἁρμοσθέντα,

simulque intellegi potest quam neglegenter et temerarie in describendo libro uersatus sit is librarius, ad cuius exemplar codices F L R conformati sunt, homo rei grammaticae et metricae prorsus ignarus, quamque suopte iudicio et arbitrio permulta uel immutauerit uel inseruerit.

Iam uero de ratione quae inter tres codices A B Pr secundae classis intercedit, nihil certi confici potest, quorum nullus adeo bonitate reliquos superat, ut pro firmo et unico scripturae fundamento haberi possit: immo per haec omnia exemplaria late vagata est corruptela, ut iudicio caute adhibito modo hunc modo illum ducem sequamur. Tamen Monacensis codex Pr. is esse uidetur, qui scripturae praestantia primum inter reliquos sibi adserat locum, quia, nisi egregie fallor, ita descriptus est ex altero Vindobonensi A, ut in permultis locis uetustiorum librorum collationem librarius prudenter adhibuerit. Penes Monacensem igitur maxima fides in iis oraculorum libris erit, qui desunt in codicibus H M Q V. Neminem uero, qui accuratius paullum haec oracula pertractauerit, fugere potest, unicam permultorum locorum salutem e sola coniectura esse petendam. Atque duo praeter ingenii facilitatem unicuique editori parata sunt emendationis subsidia: alterum petitum ex accurata dictionis Sibyllinae inuestigatione, de qua praeclare meritus est Alexander, editor Parisinus: alterum petitum e rei metricae obseruatione, de qua plura quam ut hic transferri possint, disserui in eo libello, quem ante hos quindecim menses de oraculis Sibyllinis Lipsiae edidi apud Weigelium.

His autem ita expositis claudenda est praefatio. Unum addo, me in sequente oraculorum libro, etiamsi in notis hoc non ubique disertis uerbis traditum sit, seuere secutum esse codices A B Pr, a quorum auctoritate, nisi grauissimae caussae subessent, recedere nefas esse duxi. Nam reliquorum codicum, si quae sunt propria et praecipua, non contemno quidem, sed neque pluris facio quam aliorum uirorum doctorum coniecturas. Itaque nonnullis in locis, quibus neque alienae neque meae curae etiamnum satisfecisse uidebantur, certam corruptelae sedem asteriscis indicare malui, quam ad incerta coniecturarum confugere commenta, uel quod idem, immo deterius est, incerta codicum interpolatorum exhibere supplementa. Hinc igitur orta est ea scripturae uarietas, qua nostra huius libri recensio cum a Parisina tum a Lipsiensi recedit, quam uiris doctis et aequis earum rerum existimatoribus non inprobatum iri speramus.

ΕΚ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΛΟΓΟΥ

Ἀρχομένη πρώτης γενεῆς μερόπων ἀνθρώπων
ἄχρις ἐπ' ἐσχατίῃσι προφητεύσω τὰ ἕκαστα
ὁππόσα πρὶν γέγονεν, ὅσα δ' ἔσσεται οἷα τε μέλλει
ἔσσεσθαι κόσμῳ διὰ δυσσεβίας ἀνθρώπων.
Πρῶτον δή κέλεταί με λέγειν θεὸς ὡς ἐγενήθη
ἀτρεκέως κόσμος. σὺ δὲ ποικίλε θνητὲ πίφαυσκε
νουνεχέως, ἵνα μή ποτ' ἐμῶν ἐφετμῶν ἀμελήσῃς,
ὕψιστον βασιλῆα, ὃς ἔκτισε κόσμον ἅπαντα
εἴπας γινέσθω. καὶ ἐγίνετο. ἥδρασε γὰρ γῆν
ταρτάρῳ ἀμφιβαλὼν καὶ φῶς γλυκὺ αὐτὸς ἔδωκεν.
οὐρανὸν ὕψωσε, γλαυκὴν δ' ἥπλωσε θάλασσαν
καὶ πόλον ἐστεφάνωσεν ἅλις πυριλαμπέσιν ἄστροις
καὶ γαῖαν κόσμησε φυτοῖς, ποταμοῖσι δὲ πόντον
χευαμένοις ἐκέρασσε καὶ ἀέρι μῖξεν ἀυτμὰς
καὶ νέφεα δροσόεντα· τιθεὶς ἄρα καὶ γένος ἄλλο,
ἰχθύας ἐν πελάγεσσι καὶ ὄρνεα δῶκεν ἀήταις,
ὕλαις δ' αὖ θῆρας λασιαύχενας ἠδὲ δράκοντας
ἑρπυστὰς [δῶκεν] καὶ πάνθ' ὅσα νῦν καθορᾶται.
αὐτὸς ταῦτ' ἐποίησε λόγῳ καὶ πάντ' ἐγενήθη
ὦκα καὶ ἀτρεκέως· ὅδε γὰρ πέλετ' αὐτολόχευτος
οὐρανόθεν καθορῶν· ὑπὸ δὲ κόσμος τετέλεστο
καὶ τότε δὴ μετέπειτα πλάσεν πάλιν ἔμπνοον ἔργον
εἰκόνος ἐξ ἰδίης ἀπομαξάμενος νέον ἄνδρα,
καλὸν θεσπέσιον, τὸν δὴ κέλετ' ἐν παραδείσῳ
ἀμβροσίῳ ναίειν, ὥς οἱ καλὰ ἔργα μεμήλοι.

Αὐτὰρ ὁ μοῦνος ἐὼν παραδείσου ἐριθηλέι κήπῳ,
προσλαλιὴν ποθέεσκε καὶ ηὔχετο εἶδος ἀθρῆσαι
ἄλλ' οἷον αὐτὸς ἔχεν. τοῦ δὴ θεὸς αὐτὸς ἀπούρας
ἐκ λαπάρας ὀστοῦν, ἐποιήσατο Εὔαν ἀγητὴν,
κουριδίην ἄλοχον, ἣν δὴ πόρεν ἐν παραδείσῳ
τούτῳ συνναίειν. ὁ δέ μιν κατιδὼν, μέγα θυμῷ
θαῦμ' ἔχεν ἐξαίφνης κεχαρημένος, οἷον ὁρᾶται
ἀντίτυπον μίμημα· σοφοῖς δ' ἠμείβετο μύθοις
αὐτομάτοισι ῥέουσι· θεῷ γὰρ πάντ' ἐμεμήλει.
οὔτε γὰρ ἀκρασίη νόον ἔσκεπον, οὔτε μὲν αἰδῶ
ἄμφεχον ἀλλ' ἦσαν κραδίαις ἀπάνευθε κακοῖο,
βαίνεσκον θ' ὡς θῆρες ἀποσκεπέεσσι [μέλεσσι].
Καὶ μετέπειτα δὲ τοῖσι θεὸς ἐφετμὰς ἀγορεύσας
δεῖξεν τοῦ δένδρου μὴ ψαύσειν. τοὺς δὲ μάλ' αἰνὸς
ἐξαπάτησεν ὄφις δολίως ἐπὶ μοῖραν ἀπελθεῖν
τοῦ θανάτου, γνῶσίν τε λαβεῖν ἀγαθοῦ τε κακοῦ τε.
ἀλλὰ γυνὴ προδότις πρωτίστη γίνετ' ἐκείνῳ,
ἣ δῶκεν, τοῦτον δ' ἀδαῆ πείθεσκεν ἁμαρτεῖν.
ὃς δὲ γυναικὸς ἐπέσσι πεπεισμένος ἐξελάθεσκεν
ἀθανάτου κτιστοῦ σαφέων δ' ἀμέλησεν ἐφετμῶν.
τοὔνεκεν ἀντ' ἀγαθοῖο λάβον κακὸν οἷον ἔπραξαν.
καὶ τότε δὴ γλυκερῆς συκῆς πέταλ' ἀμπείραντες,
ἐσθῆτας τεύξαντες ἐπ' ἀλλήλοισιν ἔθηκαν
μήδεά τ' ἀμφεκάλυψαν, ἐπεί σφισιν ἤιεν αἰδώς.
τοῖσιν δ' ἀθάνατος κότον ἔνθετο. καὶ βάλεν ἔξω
ἀθανάτου χώρου. τόδε γὰρ τετελεσμένον ἦεν
ἐν θνητῷ χώρῳ μεῖναι, ἐπεὶ οὐκ ἐφύλαξαν
ἀθανατου μεγάλοιο θεοῦ λόγον εἰσαΐοντες.
οἱ δ' ἄφαρ ἐξελθόντες ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν
δάκρυσι καὶ στοναχαῖς δεύοντο, ἔπειτα δὲ τοῖσιν
ἀθάνατος θεὸς αὐτὸς ἔπος προφερέστερον εἶπεν·
Πληθύνεσθ' αὔξεσθε [καὶ] ἐργάζεσθ' ἐπὶ γαίης
ἐντέχνως ἵν' ἔχητε τροφῆς κόρον ἱδρώοντες.
Ὣς φάτο· τῆς δ' ἀπάτης τὸν ἐπαίτιον ἑρπυστῆρα
νηδύι καὶ κενεῶνι ποιήσατο γαῖαν ἐρείδειν,
πικρῶς ἐξελάσας· δεινὴν δ' ἔχθραν προΐαψεν

ἐν μέσῳ ἀλλήλων· καὶ ὁ μὲν κεφαλὴν προφυλάσσει
σώζειν, ὃς δὲ πτέρναν, ἐπεὶ θάνατός γε πάρεστι
πλησίον ἀνθρώπων καὶ ἰοβόλων κακοβούλων.
Καὶ τότε δὴ γενεὴ πληθύνετο, ὡς ἐκέλευσεν
αὐτὸς ὁ παντοκράτωρ, καὶ αὔξανεν ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ
λαὸς ἀπειρέσιος. οἴκους δὲ μὲν ἐξήσκησαν
παντοίους, οἱ δ' αὖτε πόλεις καὶ τείχε' ἐποίουν
εὖ καὶ ἐπισταμένως. οἷσιν πολυχρόνιον ἦμαρ
ὤπασεν εἰς ζωὴν πολυήρατον· οὐ γὰρ ἀνίαις
τειρόμενοι θνῆσκον, ἀλλ' ὡς δεδμημένοι ὕπνῳ.
ὄλβιοι οἱ μέροπες μεγαλήτορες, οὓς ἐφίλησεν
σωτὴρ ἀθάνατος βασιλεὺς θεός. ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ
ἤλιτον ἀφροσύνῃ βεβολημένοι. οἳ γὰρ ἀναιδῶς
ἐξεγέλων πατέρας καὶ μητέρας ἠτίμαζον,
γνωστοὺς δ' οὐ γίνωσκον ἀδελφειῶν ἐπίβουλοι.
ἦσαν δ' ἂρ μιαροί, μεμορυγμένοι αἵματι φωτῶν
καὶ πολέμους ἐποίουν. αὐτοῖς δ' ἴση ἤλυθεν ἄτη
ὑστάτη οὐρανόθεν βεβολημένη, ἣ βιότοιο
δεινοὺς ἐξεῖλεν· τοὺς δ' αὖ ὑπεδέξατο ᾅδης·
ᾅδην δ' αὖτ' ἐκάλεσσαν, ἐπεὶ πρῶτος μόλεν Ἀδὰμ
γευσάμενος θανάτου, γαίη δέ μιν ἀμφεκάλυψε.
τοὔνεκα δὴ πάντες οἱ ἐπιχθόνιοι γεγαῶτες
ἀνέρες εἰν ἀίδαο δόμοις ἰέναι καλέονται.
ἀλλ' οὗτοι πάντες καὶ εἰν ἀίδαο μολόντες
τιμὴν ἔσχηκαν καὶ ἐπὶ πρῶτον γένος ἦσαν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ τούτους ὑπεδέξατο, δεύτερον αὖθις
τῶν καταλειφθέντων γε δικαιοτάτων ἀνθρώπων
ἄλλο γένος τεῦξεν πολυποίκιλον, οἷς ἐμεμήλει
ἔργ' ἐρατὰ σπουδαί τε καλαὶ καὶ ὑπείροχος αἰδὼς
καί πυκινὴ σοφίη, τέχνας δὲ μὲν ἐξήσκησαν
παντοίας, εὑρόντες ἀμηχανίης ἐπινοίαις.
καί τις μὲν γαίην ἀρότροις ἐξεῦρε γεωργεῖν,
ἄλλος τεκταίνειν, ἄλλῳ δὲ πλέειν μεμέλητο,
ἄλλῳ δ' ἀστρονομεῖν καὶ ὀνειροπολεῖν τὰ πετεινά,
φαρμακίη δ' ἄλλῳ, αὐτὰρ μαγικὴ πάλιν ἄλλῳ·
ἄλλοι δ' ἄλλα ἕκαστα μεμηλότα τεχνώοντο,

γρήγοροι ἀλφηστῆρες, ἐπωνυμίης μετέχοντες
τοιαύτης, ὅτι φασὶν ἀκύμαντον νόον εἶχον.
ἄπληστόν τε δέμας, στιβαροὶ μεγάλοι τ' ἐπὶ εἴδει
ἦσαν ὁμῶς· ἔμολον δ' ὑπὸ ταρτάριον δομον αἰνὸν,
δεσμοῖς ἀρρήκτοις πεφυλαγμένοι ἐξαποτῖσαι,
εἰς γέεναν μαλεροῦ λάβρου πυρὸς ἀκαμάτοιο.
Τῶν δὴ καὶ μετέπειτα πάλιν γένος ὀβριμόθυμον
ἐξεφάνη τρίτατόν γε ὑπερφιάλων ἀνθρώπων
δεινῶν, οἳ κακὰ πολλὰ παρὰ σφίσιν ἐξεπονοῦντο.
καὶ τούσδ' ὑσμίνη ἀνδροκτασίαι τε μάχαι τε
συνεχέως ὤλεσκον, ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντας.
Ἐκ τῶν δὴ μετὰ ταῦτα κατήλυθεν ὀψιτέλεστον
ὁπλότατον γένος ἄλλο, μιαιφόνον, ἀκριτόβουλον,
ἀνδρῶν ἐν τετράτῃ γενεῇ, οἳ πολλὰ χέεσκον
αἵματα, οὔτε θεὸν δειδιότες, οὔτ' ἀνθρώπους
αἰδόμενοι· μάλα γάρ τοι ἐπ' αὐτοῖσιν βεβόλητο
οἰστρομανὴς μῆνις καὶ δυσσεβίη ἀλεγεινή.
καὶ τοὺς μὲν πόλεμοί τ' ἀνδροκτασίαι τε μάχαι τε
εἰς ἔρεβος προΐαψαν ὀιζυρούς περ ἐόντας,
ἄνδρας δυσσεβέας. τοὺς δ' αὖ μετόπισθε χόλοισιν
οὐράνιος θεὸς αὐτὸς ἑοῦ μετεθήκατο κόσμου,
ταρτάρῳ ἀμφιβαλὼν μεγάλῳ ὑπὸ πυθμένι γαίης.
Καὶ πάλιν ἄλλο γένος πολὺ χειρότερον μετόπισθεν
* ἀνθρώπων ποιήσας * οὐκ ἀγαθὸν μετέπειτα
ἀθάνατος θεὸς τεῦξεν, ἐπεὶ κακὰ πόλλ' ἐπονοῦντο.
οἱ γὰρ ὑβριστῆρες πολλῷ πλέον ἢ ποτ' ἐκεῖνοι
γίγαντες σκολιοὶ, μιαρῶς δύσφημα χέοντες.
Μοῦνος δ' ἐν πάντεσσι δικαιότατος καὶ ἀληθὴς
ἦν Νῶε πιστότατος καλοῖς τ' ἔργοισι μεμηλώς.
καὶ τῷ μὲν θεὸς αὐτὸς ἀπ' οὐρανόθεν φάτο τοῖα·
Νῶε, δέμας θάρσυνον ἑὸν λαοῖσί τε πᾶσι
κήρυξον μετάνοιαν, ὅπως σωθῶσιν ἅπαντες.
ἢν δ' οἵ γ' οὐκ ἀλέγωσιν, ἀναιδέα θυμὸν ἔχοντες,
πᾶν γένος ἐξολέσω μεγάλοις ὑδάτων κατακλυσμοῖς.
σοὶ δ' ὦκ' ἐκ ῥίζης τί γ' ἀδιψήτοιο τεθηλὸς
δουράτεον κέλομαι δῶμ' ἄφθιτον ἀσκήσασθαι,

θήσω δ' ἐν στήθεσσι νόον πυκινὴν δέ τε τέχνην
καὶ μέτρα κατὰ κόλπον· ἐμοὶ δέ τε πάντα μελήσει,
ὥστε σε σωθῆναι καὶ ὅσοι σὺν σοὶ ναίουσιν.
εἰμὶ δ' ἐγὼ ὅ γ' ἐών, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νόησον
οὐρανὸν ἐνδέδυμαι, περιβέβλημαι δὲ θάλασσαν,
γαῖα δέ μοι στήριγμα ποδῶν, κέχυται περὶ σῶμα
ἀὴρ δ' ἠδ' ἄστρων με χορὸς περιδέδρομε πάντα.
ἐννέα γράμματ' ἔχω, τετρασύλλαβός εἰμι, νόει με.
αἱ τρεῖς αἱ πρῶται δύο γράμματ' ἔχουσιν ἑκάστη,
ἡ λοιπὴ δὲ τὰ λοιπὰ, καὶ εἰσὶν ἄφωνα δὲ πέντε·
τοῦ παντὸς δ' ἀριθμοῦ ἑκατοντάδες εἰσὶ δὶς ὀκτὼ
καὶ τρεῖς τρὶς δεκάδες σύν γ' ἑπτά. γνοὺς δὲ τίς εἰμὶ
οὐκ ἀμύητος ἔσῃ τῆς παρ' ἐμοὶ σοφίης.

Ὣς φάτο· τὸν δὲ πόνος λάβε μυρίος οἷον ἄκουσε.
καὶ τότε δὴ νοερῶς τεχνησάμενος τὰ ἕκαστα,
λαοὺς ἐλλιτάνευε, λόγων δ' ἐξήρχετο τοίων.

Ἄνδρες ἀπιστόκοροι, μεγάλῳ βεβολημένοι οἴστρῳ,
οὐ λήσει θεὸν ὅσσον ἐπράξατε· πάντα γὰρ οἶδεν
ἀθάνατος σωτὴρ, πανεπίσκοπος, ὅς μ' ἐκέλευσεν
ἀγγέλλειν ὑμῖν, ἵνα μὴ φρεσὶν ἐξαπόλησθε.
νήψατε, τὰς κακίας ἀποκόψατε, μηδὲ βιαίως
ἀλλήλοις μάρνασθε, μιαιφόνον ἦτορ ἔχοντες,
αἵμασιν ἀνδρομέοις πολλὴν γαῖαν ἀρδεύοντες.
αἰδέσθητε βροτοὶ, τὸν ὑπερμεγέθη καὶ ἄτρεστον
οὐράνιον κτιστὴν, θεὸν ἄφθιτον, ὃς πόλον οἰκεῖ,
καὶ τοῦτον πάντες λιτανεύσατε, χρηστὸς ὑπάρχει·
τοῦτον ὑπὲρ ζωῆς πόλεων κόσμοιό τε παντὸς,
τετραπόδων, πτηνῶν θ' ὡς ἵλεως ἔσσεθ' ἅπασιν.
ἔσται γὰρ ὅτε κόσμος ὅλος ἀπερείσιος ἀνδρῶν
ὕδασιν ὀλλύμενος, φοβερὰν δ' ὀλολύξετ' ἀοιδήν.
ἔσται δ' ἐξαπίνης ἀὴρ ἀκατάστατος ὑμῖν,
καὶ χόλος οὐρανόθεν μεγάλου θεοῦ ἥξει ἐφ' ὑμᾶς.
ἔσται δ' ἀτρεκέως, ὅτ' ἐς ἀνθρώπους προϊάψει
σωτὴρ ἀθάνατος, ἂν μὴ θεὸν ἱλάξησθε,
καὶ μετάνοιαν ἔχητ' ἀπὸ νῦν καὶ μηκέτι μηδὲν

δύσκολον ἠὲ κακόν γ' ἀθεμίστως ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ
πράττῃ, ἀλλ' ὁσίῳ βιότῳ πεφυλαγμένος ἦσιν.
Οἱ δέ μιν εἰσαΐοντες ἐμυκτήριζον ἕκαστος,
ἔκφρονα κικλήσκοντες, ἀτὰρ μεμανημένον ἄνδρα.
καὶ τότε δ' αὖ πάλιν ** ἀνίαχε Νῶε ἀοιδήν·
Ὦ μέγα δείλαιοι, κακοήτορες, ἄστατοι ἄνδρες,
αἰδοίην προλιπόντες, ἀναιδείην ποθέοντες,
ἁρπασιαῖοι τύραννοι, ἁμαρτωλοί τε βίαιοι,
ψεῦσται ἀπιστόκοροι, κακοπράγμονες, οὐδὲν ἀληθεῖς,
λεκτροκλόποι θ' εὑρεσσίλογοι, δύσφημα χέοντες,
οὐκ ὀργὴν δὲ θεοῦ δειδιότες ὑψίστοιο,
εἰς γενεὴν πέμπτην πεφυλαγμένοι ἐξαποτῖσαι.
οὐ κλαίετ' ἄλλυδις ἄλλον, ἀπηνέες, ἀλλὰ γελᾶτε·
σαρδόνιον μείδημα γελάσσετε, ὅπποταν ἥξῃ
τοῦτο λέγω τὸ Θεοῦ φοβερὸν καὶ ἐπήλυτον ὕδωρ,
ὅππότε καινιεῖ ἱερὸν γένος ἐν χθονὶ κῦμα,
ἀέναον ῥίζησιν ἀδιψήτοισι τεθηλός,
αὐτόπρεμνον ἄϊστον ἰῇ ἐν νυκτὶ γένηται,
αὐτάνδρους δὲ πόλεις σεισίχθων ἐννοσίγαιος
κευθμῶνος γαίης σκεδάσει καὶ τείχεα λύσει.
καὶ τότε κόσμος ἅπας τε ἀπειρεσίων ἀνθρώπων
θνήξεται, αὐτὰρ ἐγὼ πόσα πενθήσω, πόσα κλαύσω
οἴκῳ δουρατέῳ, πόσα δάκρυα κύμασι μίξω.
ἢν γὰρ ἐπέλθῃ τοῦτο θεοῦ κεκελευσμένον ὕδωρ,
πλεύσει γῆ, πλεύσουσιν ὄρη, πλεύσει δὲ καὶ αἰθήρ,
ὕδωρ ἔσται ἅπαντα καὶ ὕδασι πάντ' ἀπολεῖται.
στήσονται δ' ἄνεμοι καὶ δεύτερος ἔσσεται αἰών.
ὦ Φρυγίη, πρώτη δ' ἀναδύσῃ ἀφ' ὕδατος ἄκρου,
πρώτη δ' αὖ θρέψεις γενεὴν ἑτέρην ἀνθρώπων
ἀρχομένην αὖθις, ἔσσῃ δὲ τροφὸς περὶ πάντων.
Ἀλλ' ὅτε δὴ γενεῇ τὰ μάτην ἐλάλησεν ἀθέσμῳ,
ὕψιστός τ' ὤφθη, πάλι δ' ἴαχε φώνησέν τε·
ἤδη καιρὸς ἔπεστι Νῶε, τὰ ἕκαστ' ἀγορεύειν,
ὅσσα τε ἤματι τῷ σοὶ ὑπέστην καὶ κατένευσα,
πάντα μάλ' ὅσσα πάρος γενεαὶ κακὰ μυρί' ἔπραξαν,
ῥέξαι ἀπειρεσίῳ κόσμῳ διὰ λαὸν ἀπειθῆ.

ἀλλὰ τάχει ἔμβηθι σὺν υἱέσιν ἠδὲ δάμαρτι
καὶ νύμφαις. κάλεσον δ' ὁπόσοις κέλομαι ἀγορεύειν,
τετραπόδων τά τε φῦλα καὶ ἑρπετὰ καὶ πετεηνά.
τοῖσιν δ' ἐν στήθεσσιν ἐγὼ μετέπειτα βαλοῦμαι
προφρονέως ἰέναι, ὁπόσων ζωὴν ἐπιτείλω.
Ὣς ἔφατ' αὐτὰρ ὁ βῆ, μέγα δ' ἴαχε φώνησέν τε.
καὶ τότε δ' αὖ ἄλοχος καὶ υἱέες ἠδέ γε νύμφαι,
οἴκῳ δουρατέῳ ἐσελήλυθον· αὐτὰρ ἔπειτα
βῆσαν τἄλλα ἕκασθ' ὅσαπερ θεὸς ἤθελε ῥῦσαι.
ἀλλ' ὅτε δ' ἁρμονίᾳ κληὶς περὶ πῶμ' ἐγενήθη,
εἰς πλάγι' ἁρμοσθεῖσα περιξεστῷ ἐνὶ χώρῳ,
δὴ τότ' ἐπουρανίοιο θεοῦ ἐτελείετο βουλή.
σὺν δ' ἔβαλεν νεφέλας, κρύψεν δὲ πυραυγέα δίσκον,
σὺν δ' ἄστροις μήνην καὶ οὐράνιον στεφάνωμα,
πάντα περισκεπάσας μεγάλ' ἔκτυπε, δεῖμα βροτοῖσι
πρηστῆρας πέμπων· συνεπηγείροντο δ' ἀῆται
πάντες καὶ ὑδάτων φλέβες ἐλλύοντο ἅπασαι,
οὐρανόθεν μεγάλων ἀναοιγομένων καταρακτῶν,
καὶ γαίης τε μυχῶν καὶ ἀβύσσου ἀκαμάτοιο
ὕδατα μυριόεντα φάνη καὶ γῆ ἐκαλύφθη
πᾶσ' ἀπειρέσιος. αὐτὸς δ' ἐπενήχετο ὄμβρῳ
οἶκος θεσπέσιος· πολλοῖσι δὲ κύμασι λάβροις
ῥηγνύμενος καὶ νηχόμενος ἀνέμων ὑπὸ ῥιπῆς,
ὤρνυτο δειμαλέως· ἔτεμεν δέ γε μυρίον ἀφρὸν
στείρῃ, κινυμένων ὑδάτων κελαρυζομενάων.
Ἀλλ' ὅτε κόσμον ἅπαντα θεὸς κατέκλυσ' ὑετοῖσι,
καὶ τότε δ' αὖ Νῶε φρεσὶν ἔνθετο, ὄφρ' ἐσαθρήσαι
ἀθάνατον· βουλῇσιν ἔδυ δέ τε Νηρέος ἄδην.
ὦκα δὲ πῶμ' ἀνέῳξε περιξεστοῦ ἀπὸ τοίχου
ἐμπείροις ἁρμοῖσι κατ' ἀντίον ἁρμοσθέντος.
καὶ λεύσας ὑδάτων ἀπειρεσίων πολὺ πλῆθος,
πάντοσε δ' ἔμμορε Νῶε ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὁρᾶσθαι,
δεῖμ' ἔχε καὶ κραδίην πάλλεν μέγα. καὶ τότε δ' ἀὴρ
βαιὸν στειλάμενος, ἐπειὴ κάμεν ἤμασι πολλοῖς
κόσμον ὅλον δεύων, τότε *διελῶν, οἷά τε *χλωρὸν,
αἱματόεντα πόλοιο μέγαν τε πυραυγέα δίσκον

δεῖξεν κεκμηῶτα· μόλις δ' εἶχεν Νῶε θάρσος.
καὶ τότε δὴ πελιὴν οἴην ἀπονόσφι ποιήσας
ἔκβαλεν, ὄφρα γνοίη ἐνὶ φρεσὶν, εἴ ποτε γαῖα
φαίνετ' ἔτι στερεή. ἡ δὲ πτερύγεσσι καμοῦσα,
πάντα περιπτήσσασα, πάλιν τρέπετ' οὔτε γὰρ ὕδωρ
ἦν κοπάσαν· μάλα γάρ τε πεπληρώκει τὰ ἕκαστα.
αὐτὰρ ὃς ἡσυχάσας πάλιν ἤματα, πέμπε πέλειαν
αὖτις ἵνα γνοίη εἰ ἐπαύσατο ὕδατα πολλά.
ἡ δ' ἄρα πωτήεσσα διέπτατο, βῆ δ' ἐπὶ γαῖαν,
βαιὸν δ' ἀμπαύσασα δέμας νοτερῇ ἐπὶ γαίῃ,
ἂψ ἐπὶ Νῶε πάλιν δέ τε ἤλυθε, κάρφος ἐλαίας
σῆμα φέρουσα μέγ' ἀγγελίης. θάρσος δ' ἔχε πάντας
καὶ μέγα χάρμ' ὅτι γαῖαν ἐπελπίζεσκον ἀθρῆσαι.
καὶ τότε δὴ μετέπειτ' ἄλλον μελανόπτερον ὄρνιν
τοίχου ὑπεξέπεμπεν· ὁ δὲ πτερύγεσσι πεποιθὼς,
προφρονέως πέτατο, γαίῃ δ' ἐλθὼν ἀπέμεινε.
γνῶ δέ τε Νῶε ὅτι γαίῃ πέλει ἆσσον ἐοῦσα.
ἀλλ' ὅτε δὴ ῥοθίοις ἐπὶ κύμασιν ἔνθα καὶ ἔνθα
ἀμβροσίη τέχνη ἐπενήχετο οἴδμασι πόντου,
πηγνυμένη ὀλίγης ἐπὶ ἠόνος ἐστήρικτο.
Ἔστι δέ τι Φρυγίης ἐπὶ ἠπείροιο μελαίνης
ἠλίβατον τανύμηκες ὄρος, Ἀραρὰτ δὲ καλεῖται,
ὅττ' ἄρα σωθήσεσθαι ἐπ' αὐτῷ πάντες ἔμελλον.
ἐν τούτῳ μεγάλη δὲ ποθὴ καταθύμιος ἦεν,
Μαρσύου ἔνθα φλέβες μεγάλου ποταμοῖο πέφυκαν.
τῇ κιβωτὸς ἔμεινεν ἐφ' ὑψηλοῖο καρήνου
ληξάντων ὑδάτων. τότε δ' αὖ πάλιν ἴαχε φωνὴ
[θεσπεσίη μεγάλοιο θεοῦ πάλιν οὐρανόθι πρὸ]
τοῖον ἔπος· Νῶε πεφυλαγμένε, πιστὲ, δίκαιε,
θαρσαλέως ἔξελθε σὺν υἱέσι καί τε δάμαρτι
καὶ νύμφαις τρισσαῖς καὶ πλήσατε γαῖαν ἅπασαν
αὐξόμενοι, πληθυνόμενοι, τὰ δίκαια νέμοντες
ἀλλήλοις, γενεαῖς γενεῶν, ἄχρις εἰς κρίσιν ἥξει
πᾶν γένος ἀνθρώπων, ἐπεὶ κρίσις ἔσσεθ' ἅπασιν.
Ὣς ἔφατ' ἀμβροσίῃ φωνῇ. Νῶε δ' ὡς ἀπὸ κοίτης
ἦξ' ἀποθαρσήσας ἐπὶ γῆς, υἱοὶ δὲ σὺν αὐτῷ

ἠδὲ δάμαρ νύμφαι τε καὶ ἑρπετὰ καὶ πετεηνὰ
τετραπόδων θηρῶν τε γένη καὶ τἆλλ' ἅμα πάντα
οἴκου δουρατέου ἐξῄεσαν εἰς ἕνα χῶρον,
καὶ τότε δή τοι Νῶε δικαιότατος ἀνθρώπων
ὄγδοος ἐξῆλθεν, δὶς ἐείκοσι καὶ μίαν ἠῶ
πληρώσας ὑδάτεσσι, θεοῦ μεγάλου διὰ βουλάς.
"Ενθ' αὖτις βιότοιο νέη ἀνέτειλε γενέθλη,
χρυσείη πρώτη, ἥτις πέλεθ' ἕκτη ἀρίστη
ἐξότε πρωτόπλαστος ἀνὴρ γένετ' οὔνομα δ' αὐτῇ
οὐρανίη, ὅτι πάντα θεῷ μεμελημένη ἔσται.
ὦ γενεῆς ἕκτης πρῶτον γένος, ὦ μέγα χάρμα,
ἧς ἔλαχον μετέπειθ' ὅτε δ' ἔκφυγον αἰπὺν ὄλεθρον,
πολλὰ κλυδωνισθεῖσα πόσει σὺν καὶ δαέρεσσιν
ἠδ' ἑκυρῷ θ' ἑκυρῇ ὁμονύμφοισίν τε παθοῦσα.
ἄρτι δὲ αἰνήσω — — — — — — —
— — — — ἔσται πολυποίκιλον ἄνθος
ἐν συκῇ συκῇ — — — — — — — —
— — — μεσάσει δὲ χρόνος βασιλήιον ἀρχὴν
σκηπτροφόρον δέξῃ. τρεῖς γὰρ βασιλεῖς μεγάθυμοι,
ἄνδρε δικαιότατοι, μοίρας δέ τε δηλήσονται,
πουλυετῆ δ' ἄρξουσι χρόνον, τὰ δίκαια νέμοντες
ἀνδράσιν οἷσι μέμηλε πόνος καὶ ἔργ' ἐρατεινά.
γαίη δ' αὖ καρποῖς ἐπαγάλλεται αὐτομάτοισι
φυομένη πολλοῖσιν, ὑπερσταχύουσα γενέθλῃ.
οἱ δὲ τότ' ἰθυντῆρες ἀγήραοι ἤματα πάντα
ἔσσονται νόσφιν νούσων κρυερῶν μαλεράων·
θνήξονται ὕπνῳ βεβολημένοι, ἐς δ' Ἀχέροντας
εἰν Ἀίδαο δόμοις ἀπελεύσονται καὶ ἐκεῖσε
τιμὴν ἕξουσιν ἐπειὴ μακάρων γένος ἦσαν,
ὄλβιοι ἀνέρες, οἷς Σαβαὼθ νόον ἐσθλὸν ἔδωκεν.
αὐτὰρ καὶ τούτοισιν ἀεὶ συμφράσσατο βουλάς.
ἀλλ' οὗτοι μάκαρες καὶ εἰν Ἀίδαο μολόντες
ἔσσονται. τότε δ' αὖτε βαρὺ στιβαρὸν μετέπειτα
δεύτερον αὖ γένος ἄλλο χαμαιγενέων ἀνθρώπων,
Τιτήνων. ὅμοιος δὲ τύπος ἐπὶ πᾶσιν, ἕκαστον,
εἶδος καὶ μέγεθός τε φυὴν, φωνὴ δὲ μί' ἔσται,

ὡς πάρος ἐκ πρώτης γενεῆς θεὸς ἐν στήθεσσιν
ἔνθετο. ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντες
ὕστατα βουλεύσονται ἐπειγόμενοι πρὸς ὄλεθρον
ἀντίβιον μαχέσασθαι ἐπ᾽ οὐρανῷ ἀστερόεντι.]
καὶ τότε δ᾽ ὠκεανοῦ μεγάλου ῥύσις ἔσσετ᾽ ἐν αὐτοῖς,
μαινομένων ὑδάτων. ὁ μέγας Σαβαὼθ δὲ χολωθεὶς
εἴρξει κωλύων, ὅτι μὴ κατακλυσμὸν ὑπέστη
αὖθις ποιήσειν ἐπὶ ἀνθρώπους κακοθύμους.
᾽Αλλ᾽ ὁπόταν ὑδάτων πολλῶν ἀπερείσιον οἶδμα
κύματος ὀρνυμένοιο ἐπ᾽ ἄλλυδις ἄλλο ποιήσῃ
ὀργῆς παύεσθαι, εἰς ἄλλα τε βένθεα πόντου
μέτρ᾽ ὀλιγώσειε λιμέσιν καὶ τρηχέσιν ἀκταῖς
ἀμφὶ γαίῃ ὁρίσας ὁ μέγας θεὸς ὑψικέραυνος,
δὴ τότε καὶ μεγάλοιο θεοῦ παῖς ἀνθρώποισιν
ἥξει σαρκοφόρος, θνητοῖς ὁμοιούμενος ἐν γῇ·
τέσσαρα φωνήεντα φέρει· τὰ δ᾽ ἄφων᾽ ὄντ᾽ αὐτῷ
δισσά τοι ἀγγέλλω· ἀριθμὸν δ᾽ ὅλον ἐξονομήνω·
ὀκτὼ γὰρ μονάδας, τόσσας δεκάδας δ᾽ ἐπὶ ταύταις
ἠδ᾽ ἑκατοντάδας ὀκτὼ ἀπιστοκόροις ἀνθρώποις
οὔνομα δηλώσει· σὺ δ᾽ ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νόησον
ἀθανάτοιο θεοῦ Χριστὸν παῖδ᾽ ὑψίστοιο.
αὐτὸς πληρώσει δὲ θεοῦ νόμον, οὐ καταλύσει
ἀντίτυπον μίμημα φέρων καὶ πάντα διδάξει.
τούτῳ προσκομίσουσ᾽ ἱερεῖς χρυσὸν προφέροντες.
σμύρναν ἀτὰρ λίβανον. καὶ γὰρ τάδε πάντα ποιήσει.
᾽Αλλ᾽ ὁπόταν φωνή τις ἐρημαίης διὰ χώρης
ἥξει ἀπαγγέλλουσα βροτοῖς καὶ πᾶσι βοήσει
εὐθείας ἀτραποὺς ποιησέμεν ἠδ᾽ ἀπορῖψαι
ἐκ κραδίης κακίας καὶ ὕδασι φωτίζεσθαι
πᾶν δέμας ἀνθρώπων, ἵνα γεννηθέντες ἄνωθεν
μηκέτι μηδὲν ὅλως γε παρεκβαίνωσι δικαίων·
τὴν δ᾽ αὖ βαρβαρόφρων πεπεδημένος ὀρχηθμοῖσιν,
ἐκκόψας δώσει μισθόν· τότε σῆμα βροτοῖσιν
ἔσσεται ἐξαίφνης, ὁπόταν πεφυλαγμένος ἥξει
ἐκ γῆς Αἰγύπτοιο καλὸς λίθος. ἐν δ᾽ ἄρα τούτῳ
λαὸς προσκόψει Ἑβραίων· ἔθνη δ᾽ ἀγεροῦνται

αὐτοῦ ὑφηγήσει· καὶ γὰρ θεὸν ὑψιμέδοντα
γνώσονται διὰ τοῦδ' ἀτραπητόν τ' ἐν φαΐ κοινῷ.
δείξει γὰρ ζωὴν αἰώνιον ἀνθρώποισιν
ἐκλεκτοῖς, ἀνόμοις δὲ τὸ πῦρ αἰῶσιν ἐποίσει.
καὶ τότε δὴ νοσεροὺς ἰήσεται ἠδ' ἐπιμώμους
πάντας ὅσοι τούτῳ πίστιν ἐνιποιήσονται.
βλέψουσιν δέ τε τυφλοὶ ἀτὰρ βαδίσουσί τε χωλοὶ
κωφοί τ' εἰσαΐουσι λαλήσουσ' οὐ λαλέοντες.
δαίμονας ἐξελάσει· νεκρῶν δ' ἐπανάστασις ἔσται·
κύματα πεζεύσει καὶ ἐρημαίῳ ἐνὶ χώρῳ
ἐξ ἄρτων ἅμα πέντε καὶ ἰχθύος εἰναλίοιο
χιλιάδας κορέσει πέντε, τὰ δὲ λείψανα τούτων
δώδεκα πληρώσει κοφίνους εἰς παρθένον ἁγνήν.
Καὶ τότε δ' Ἰσραὴλ μεμεθυσμένος οὐχὶ νοήσει,
οὐδὲ μὲν * αὐδήσει * βεβαρημένος οὔασι λεπτοῖς.
ἀλλ' ὁπόταν Ἑβραίοις ἥξῃ χόλος ὑψίστοιο
οἰστρομανὴς καὶ πίστιν * ἑαυτῶν * ἐξαφέληται,
οὐράνιον ὅτι παῖδα θεοῦ διεδηλήσαντο,
καὶ τότε δὴ κολάφους καὶ πτύσματα φαρμακόεντα
Ἰσραὴλ δώσει μυσαροῖς ἐνὶ χείλεσι τούτῳ.
εἰς δὲ τὸ βρῶμα χολὴν καὶ εἰς πότον ὄξος ἄκρατον
δυσσεβέως δώσουσι, κακῷ βεβολημένοι οἴστρῳ
στήθεα καὶ κραδίην, ἀτὰρ ὄμμασιν οὐκ ἐσορῶντες,
τυφλότεροι σπαλάκων, φοβερώτεροι ἑρπυστήρων
θηρῶν ἰοβόλων, βαρέι πεπεδημένοι ὕπνῳ.
Ἀλλ' ὅταν ἐκπετάσῃ χεῖρας καὶ πάντα μετρήσῃ
καὶ στέφανον φορέσῃ τὸν ἀκάνθινον ἠδέ γε πλευρὰν
νύξωσι καλάμοισιν, ὅτου χάριν ἐν τρισὶν ὥραις
νὺξ ἔσται σκοτόεσσα πελώριος ἤματι μέσσῳ,
καὶ τότε δὴ ναὸς Σολομώνιος ἀνθρώποισι
σῆμα μέγ' ἐκτελέσει, ὁπόταν Ἀϊδωνέος οἶκον
βήσεται ἀγγέλλων ἐπανάστασιν * τεθνειῶσιν.
αὐτὰρ ἐπὴν ἔλθῃ τρισὶν ἤμασιν εἰς φάος αὖθις
καὶ δείξῃ θνητοῖσι τύπον καὶ πάντα διδάξῃ,
ἐν νεφέλαις ἐπιβὰς εἰς οὐρανοῦ οἶκον ὁδεύσει
καλλείψας κόσμῳ εὐαγγελίης διάθημα.

τοῦ καὶ ἐπωνυμίῃ βλαστὸς νέος ἀνθήσειεν
ἐξ ἐθνῶν μεγάλοιο νόμῳ καθοδηγηθέντων.
ἀλλά γε καὶ μετὰ ταῦτα Σόλοι καθοδηγοὶ ἔσονται
καὶ τότε δὴ παῦσις ἔσται μετέπειτα προφητῶν.
Ἔνθεν ὅταν Ἑβραῖοι τὸ κακὸν θέρος ἀμήσωνται,
πολλὸν δ᾽ αὖ χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἐξαλαπάξει
Ῥωμαῖος βασιλεύς. μετὰ δ᾽ αὖ βασιληΐδες ἄλλαι
συνεχέως ἔσσονται ἀπολλυμένων βασιλειῶν
καὶ θλίψουσι βροτούς. μεγα δ᾽ ἔσσεται ἀνδράσι κείνοις
πτῶμ᾽ ὅταν ἄρξωνται ὑπερηφανίης ἀδίκοιο.
ἀλλ᾽ ὁπόταν ναὸς Σολομώνιος ἐν χθονὶ δίᾳ
καππεσεῖται βληθεὶς ὑπὸ ἀνδρῶν βαρβαροφώνων
χαλκεοθωρήκων, Ἑβραῖοι δ᾽ ἀπὸ γῆς *ἐλάσσονται*
πλαζόμενοι κεραΐζόμενοι, πολλὴν δέ τοι αἶραν
ἐν σίτῳ μίξουσι, κακὴ στάσις ἔσται ἅπασιν
ἀνδράσιν· αἱ δὲ πόλεις ὑβριζόμεναι παρ᾽ ἕκαστα
ἀλλήλας κλαύσουσιν, ἐπεὶ κακὸν ἤλιτον ἔργον
δεξάμεναι μεγάλοιο θεοῦ χόλον ἐν κόλποισι.

ADNOTATIO CRITICA.

Genuinam tesseram restitui ex auctoritate codd. Pr A F. etiam aliis in locis aperte codices utriusque ordinis testantur, eam quam hodie legimus oraculorum collectionem breuiatam esse e maiore aliquo opere. id quod notabile est. nam cum permulti loci in his oraculis inueniantur quorum contortam et inpeditam structuram, nisi de latente aliqua lacuna cogitaueris, ad liquidum perducere uix possis, ne omnia coniectandi libidine turbentur, saepius ad hanc medelam redeundum erit per se leuem et facilem eamque ipsa codicum auctoritate commendatam.

v. 1—100.

Scriptura praestantissimi cod. A, quocum hoc in loco faciunt F L R in v. 3 haec est: *πόσα δ'ἔσσεται πόσσα δὲ μέλλει.* Alexander pro *ἔσσεται* scripsit *ἐστίν,* contra sensum, nam nemo uaticinatur praesentia, et minus bene ad metrum, quia uitiosus est trochaeus in quarto pede. sed latent uitia in *πόσα* et *πόσσα,* iam nostra emendatione remota. — V. 6 scripsi *πίφαυσκε* pro *πίφασκε.* nam *πιφάσκω* graecum non est. *πιφάσκομαι* quod olim legebatur in Hes. Theog. v. 655 dudum reiecit Muetzell. de emend. Theog. p. 220 sq. eumque secutus est Lennepius in editione. In proximo uersu notanda est correpta penultima in uocabulo *ἐφετμῶν*, sicut infra v. 38. sed in his saepe peccauerunt Sibyllistae. etiam alii poetae recentiores Heliodori illud praeceptum *ὅτι τὸ μ ἐπιφερόμενον ἀφώνῳ ἧττον τῶν ἄλλων ὑγρῶν κοινὰς ποιεῖ ἐν τοῖς ἔπεσι συλλαβάς,* seruatum ab Haephest. p. 18 et Arist. Quintil. I. p. 47 interdum neglexerunt, de quo iam Iacobsius passim sua adnotauit ad Anthologiam, ueluti de *πότμος*, A. P. p. 572. *ἐφετμῇσι* correptum est etiam in Christianorum epigrammatis 24, 4. 25. 3. — V. 9 immutaui scripturam uulgatam ad codd. Pr A B uestigia, in quibus pro *γεινάσθω καὶ εγείνατο* legitur *γινάσθω καὶ γίνατο* ceterum Alex. de infinitiuo *γείνασθαι* pro *γενέσθαι* usurpato prouocauit ad Buttmanni notam in Callim. h. Cer. v. 58. — V. 12, quia admodum uerisimile est, cod. Pr ex A. ita fluxisse, ut aliae opes librario usu uenirent satis bonae, non dubitaui eius scripturam *πυριλαμπέσι,* extat hoc uocabulum apud Oppianum aliosque poetas, pro nimis prosario *περιλαμπέσι* reuocare. — V. 14 scripsi *χευαμένοις* pro *χευάμενος* quod Pr. habet, sed sensu medio non passiuo accipiendum, quem uno uersu in oraculo quodam Apollinis obuio, cf. Bentl. ad. Malalam p. 686 ed. Bon., cum Alexandro defendere non ausim. — V. 18 codicum lacunam antiqui editores inserto *κυκλόσε* post *ὅσα* expleuerunt. sed hoc frigidum est. magis etiam illud de quo ipse in dissertatione cogitaui. iam adieci id quod mihi ad sensum aptissimum uidebatur et facillime a librario ommitti potuit. — V. 21 propter metrum mutaui uulgatam lectionem *οὐρανόθεν καθορῶν· ὑποτετέλεστο δὲ κόσμος* et facilius fortasse quam Alex. qui *οὕτω τετέλεστο*

scripsit, Genesin respiciens 2, 1. productio breuis syllabae siue per uocalem clausae, siue per consonam, post arsin secundi, tertii, quarti interdum etiam quinti pedis prorsus legitima est Sibyllistis. neque seiunctionem praepositionis a uerbo per tmesin factam quam uulgo dicunt uitauerunt. — V. 25 *μεμήλοι* dedi pro *μεμήλῃ* propter syntaxin. quod in proximo uersu, in quo uulgo legitur *αὐτὰρ ὁ μοῦνος ἐών*, codices paene omnes *ὃς* habent minus bene ad metrum, hoc nolim casui tribuere. etenim censeo in Sibyllinis quoque formas articuli quotiens pronominum loco essent, fuisse tenore instructas eumque reuocandum esse ad eas leges de quibus Merkelius disputauit in prolegg. ad Apoll. Rhod. ed. min. p. XV. XVI. quae cum ignotae essent librariis recentioribus, accentus aut prorsus omissus est aut pronomen relatiuum saepius pro demonstratiuo scriptum in nominatiuo casu. in fine uersus Alex. nuperrime *ἥδει κήπῳ* proposuit. sed crasis nihil molesti habet, immo syntaxis ut facile *ἐνών* aliquis coniciat pro *ἐών*, sed conferatur de liberiore datiui usu v. 191 et infra v. 212. 282 rell. — V. 29 *λαπάρας* pro *λαπάρῃς* habent codices praestantiores, quod quia in ionicis formis usurpandis parum sibi constant, recipere non dubitaui. *Εὔαν* acuto tenore non circumflexo Pr. et constanter LXX. — V. 37 in optimis libris sic inuenitur *καὶ ὡς θῆρες δὴ βένεσκον ἀποσκοπέεσσι*, pro quo Opsopoeus dedit *καὶ ὡς θῆρες δὴ βίνεσκον ἀπὸ σκοπιῇσι*, sine sensu. ipse olim hanc proposui scripturam *χὡς θῆρες δὲ βίνεσκον ἀποσκεπέεσσι μέλεσσι*. ultimam uocem addunt F L R, priorem recte Alexander restituit. sed *βίνεσκον* forma dubia est neque satis apta ad *μέλεσσι*. itaque nunc in corrupto loco illud dedi, quod simplicissimum uidebatur. — V. 38 reuocaui lectionem Opsopoei editam ad fidem codd. Pr A B., in quibus scriptum est *καὶ μετέπειτα δὲ θεὸς τοῖσι ἐφετμὰς ἀγορεύσας*. de productione breuis syllabae dictum est ad v. 21, de *ἐφετμάς* ad v. 7. idem uir doctus codicum lectionem *ψαύσειν* mutauit in *ψαύειν*. sed hic futuri usus non contra Sibyllistae dictionem. — V. 42 in codicibus mutilus est *ἀλλὰ γυνὴ προδότις γίνετ᾽ ἐκείνῳ*. Opsopoeus *τις* inseruit post *προδότις* eumque secuti sunt editores. sed ineptum esse pronomen indefinitum hoc in loco, ubi de certa Euae persona loquitur poeta, dixi in dissertatione, qnapropter aliam quaesiui medelam. — V. 44 iam Opsopoeus recte emendauit. in antiquis libris scriptus est *ὃς δ᾽ ἐπέεσσι γυναικὸς πεπεισμένος*. uitium metricum Friedliebii auribus placuisse non miror. in proximo uersu, sicut infra v. 158, mutaui tenorem in uoce *κτίστου* ad ueterum grammaticorum praecepta. nam in accentibus non nimia fides Sibyllinorum codicibus habenda est. itaque etiam enclisis restituenda fuit v. 49 et expellendum *αἶραν* e. v. 396. — V. 47 recepi scripturam unius cod. F, non propter codicis auctoritatem quae prope nulla est, sed quia uulgata *ἐμπείραντες* inepte contra sententiam pugnat. forma *ἀμπείραντες* nota est ex Homeri *B*. 426. quo loco in memoriam uenit fragmentum Nicandri e Georgicis seruatum ab Athen. IX. p. 372 e, in quo per tmesin legitur

αὐτὰρ μὴν σικύας τμήγων ἀνὰ κλώσμασι πείραις

inepte. nam bene quidem in Iliadis loco *σπλάγχνα* uerubus poterant *ἀμπείρασθαι*, non uero possunt cucurbitae filis. itaque scribendum est: *ἀνὰ κλώσματ᾽ ἐπείραις*, germanice ‘reihe sie auf schnuren an einander’.

V. 50 dedi *καὶ βάλεν.* nam quod olim antiquam codicum scripturam *κἄβαλεν* defendi, hoc iam nimis alienum uidetur ab usu poesis epicae, etiamsi multum in crasi Sibyllistae sibi indulserunt. sic *καὶ πέσε* scribendum est l. XI, 12. — V. 52 initium huius uersus scriptum est in cod. A. *θνητοῖς ἐν χώρῳ* non *χώρᾳ* ut in reliquis. atque *θνητὸν χῶρον* opponi *ἀθανάτῳ χώρῳ* apertum est, itaque in promtu fuit emendatio. ceterum tale quid iam Opsopoeo in mentem uenerat qui in margine adnotauit f. *ἐν θνητῇ (χώρᾳ).* in proximi uersus initio retinui lectionem uulgatam propter caesuram trochaicam quamquam *ἀθανάτοιο θεοῦ μεγάλου* suppeditare uidentur libri uetusti. in fine posui e coniectura *εἰσαΐοντες* quod mihi magis ad codicum uestigia, in quibus *ἀΐσαντες* est, accedere uidetur, quam quod Alexander e coniectura Opsopoei correxit *αἰὲν ἐόντος.* Friedliebii commentum *ἀίξαντος* uitiosum est a ratione grammatica. uerbum *εἰσαΐω* apud recentiores epicos non rarum est. redit infra v. 171. 354 si antiquos codices sequimur. In v. 55 nihil mutaui, quamquam tribus mendis laborat scriptura uulgata, quarto trochaeo, interpunctione in sede uitiosa, prauo hiatu. sed trochaeos in quarto pede Sibylla parum curauit, interpunctio autem necessaria fuit ad ipsum excusandum hiatum. praeterea de scripturae diuersitate nihil innotuit. — V. 56 codices habent *ἐπὶ προφερέστερον εἶπεν* quod Friedl. retinuit, Castalio non sine caussa correxit. nam *ἐπιειπεῖν τινί τι* ipsum rarissimum est uerbum significatque permittere alicui aliquid, id quod ab hoc loco alienum est. suspicor tamen genuinam fuisse scripturam *ἔπη προφερέστερ᾽ ἔειπεν. προφερέστερος* petitum est ex Homeri *K.* 352 redit apud Quint. II, 421 et Apollinar. Ps. L. 9. CXLI. 16. — V. 57 correxi in dissert. p. 23. — V. 76 recepi scripturam libri Turnebiani quae sola metro conuenit, uulgo *δ᾽ οὐκ ἐγίνωσκον.* — V. 77 recentiorum codicum scripturam *ἄρα* recte Opsopoeus in *δ᾽ ἄρ* mutauit, id quod etiam lectio Pr. *δ᾽ ἁμιαροί* suppeditare uidetur. in fine uersus recepi emendationem Anon. Paris. pro *κεκορυθμένοι* quod sine sensu est. — V. 78 codicum scripturam *ἴση δ᾽ αὐτοῖς ἤλυθεν ἄτη* pro qua Alex. olim ex Aurati coniectura *εἰς δ᾽ αὐτούς* dedit, nuper *ἐπὶ δ᾽ αὐτούς* uel *αὐτοῖς* proposuit, transpositis uerbis emendaui. sententia haec est: aequa calamitas postremo ex ira dei in homines irruit, atque e turbata societate antea ipsi acceperant. ceterum Alex. conferri iussit l. V, 3. VIII, 37 sq. — V. 88 scripsi *γε* pro *τε*, quod hic non solum abundat, sed etiam sententiam perdit. idem intellexerunt Alex. et Anon. Par. — V. 92 antiqui codices habent *μηχανίαις* duplice calami lapsu. recentiores *ἀμηχανίας.* nobiscum facit Anon. Lond. — V. 97 *μεμηλότε* codd. antt. rell. *μεμηνότες*, quod Friedliebio ita inposuit ut metro neglecto *μεμήλότες* ederet. sensus est, alii alia fabricauerunt, quaecunque cordi fuerunt. — V. 99 antt. codd. *ταύτης ὅττι φασὶν ἀκύμαντον νόον εἶχον,* quod Alex. in curr. postt. p. 139 ita correxit: *τοιαύτης ὅτι φασὶν ἀκοίμητον νόον εἶχον.* sed in *ἀκύμαντον* nihil mutandum, nam recte Opsopoeus interpretatur 'quia in pectore sedatum h. e. praesentem, sibi constantem et sollertem animum gerunt'.

v. 100—200.

V. 104 deleui *μ* litteram in *ὀμβριμόθυμος*, quia *ὄμβριμος* et similia nunquam a poeta epico dicta sunt. — V. 121 in omnibus codicibus uitiosus. re-

tinui antiquam scripturam additis corruptelae asteriscis. fortasse legendum est ἀνδρῶν ποιήσας, τοῖς. ceterum recte Anon. Par. 'uidetur' inquit 'is uersus expungendus aut certe melius abesset'. in proximo uersus fortasse θεός cum recentioribus libris omittendum fuit. ἦ ὅτ' v. 123 necessaria eguit correctione. — V. 130 recepi uariam lectionem in Turnebi libro margini adscriptam, Alexandro teste probatam Aurato et An. Par. propter metrum. codd. ut uidetur omnes ἦν δέ γε οὐκ. — V. 132 antt. codd. habent τιν' quod correxi et in proximo uersu δόμον quod emendauit Opsop. — V. 135 libri καὶ κόλπον quod mihi falsum uisum est. de productione v. ad v. 21. sed contra metrum est scriptura tam antt. codd. in v. 137: εἰμὶ δ' ἐγὼ ὁ ὤν, quam recc. εἰμὶ δ' ἔγωγε ὁ ὤν perperam nuper probata ab Alexandro. ne Opsop. quidem emendatio εἰμὶ δ' ἐγὼ ὁ ἐών sana est, sed proxime abest a uero. De v. 139 cf. dissert. p. 25. — V. 140 Alex. sustulit δ'. sed hanc particulam post quartam vel quintam enuntiati sedem collocare, neque Sibyllae molestum fuit, neque aliis recentioribus poetis, de quo Hermann. dixit ad Orph., neque ipsis poetis Alexandrinis.

V. 150 ἀπιστόκοροι vox Sibyllina sine sensu. redit tamen v. 177 et 329. e uaria scriptura ἀπιστόφυλοι ad v. 177 notata nihil proficimus. Alex. putauit e posterioribus libris scribendum esse ἀπληστόκοροι, insatiabiles. in sequente uersu scribendum fuit ὅσσον ἐπράξατε ne uersus sine legitima caesura esset. uulgo ὅσσ' ἐπράξατε. — V. 161 antt. codd. habent τετραπόδων τε πτηνῶν, ὡς quod emendaui, syntaxi dura non falsa. — V. 163 retinui δ' post φοβεράν cum Friedliebio, nam saepe δέ in oraculis aut uim copulatiuam habet, ut apud poetas Alexandrinos haud paucos, aut prorsus abundat. ὀλολύξατε quamquam in bonis libris legitur ferri non potuit. — V. 170 uulgatam scripturam πράττει mutaui cum Alex. propter syntaxin et sic in fine εἴη. nam alterum alterum librarii uitium traxit. — V. 173 in praestantissimis codd. mutilus est. αὖθις quod L R addunt post πάλιν, sermonem nimis turgidum reddit, itaque lacunae signum posui. hiatus in clausula uersus excusatur nomine proprio. — V. 176 adiectiuum ἁρπασιαῖοι quod in omnibus codd. legitur, Graecum non est immo barbare formatum. collato VIII, 185: ἀστασίῃσι τύραννοι ἁμαρτωλοί τε βίαιοι, conieci ἁρπασμοῖσι τύραννοι quod ne nunc quidem displicet. sed datiuus ita positus Alex. offendit, qui utroque in loco ἅρπαγες ἠδὲ τύραννοι scribendum esse censuit, quod tamen nimis a codd. uestigiis recedit. corruptela manifesta. medela dubia et incerta. itaque nihil in textu mutaui. — V. 181 in duobus praestantissimis codd. A B legitur κλάετ' correpto α ut apud Theocr. XIV, 32. sed in his caute agendum est. itaque scripturam cod. Pr retinui. αι in mediis uocabulis cum reliquis diphthongis et longis uocalibus in Sibyllinis saepe corripitur, cf. dissert. p. 9. — V. 185 fortasse scribendum fuisset ἀδιψήτῃσι e codd. Pr A B, nam saepe poetae Alexandrini adiectiuis duarum terminationum tertiam addiderunt. sed in reliquis locis semper Sibyllistae habent ὁ, ἡ ἀδίψητος. — V. 185 codd. scripturam καὶ πόλεις αὐτάνδρους mutaui propter metrum, quo facto neque in σκεδάσει neque in λύσει v. 188 offendendum erat. quod in eodem uersu Pr. εἰνοσίγαιος exhibet, hoc certe notabile est sed perperam a Friedliebio receptum. — V. 198 proposuit An. Lond. ἀρχομένην πάλιν αὖθις. sed non opus est correctione, cf. not. ad v. 5.

v. 200—300.

V. 201 codd. contra metrum ἐπέστη. nostram emendationem, ut modo ex Alex. notis uideo, praeoccupauit doctus Britannus. in Νῶε prior syllaba corripitur, sicut v. 126. 241. 275. In proximo uersu codd. F L R ὅσσα τοι ἤματι. sed saepe in oraculis ἦμαρ facit hiatum, ut dixi in dissert. p. 8. — V. 207 codd. τετραπόδων φῦλα καὶ ἑρπετῶν καὶ πετεηνῶν. cf. dissert. p. 21. de uersus exitu cf. v. II. 235. III. 28. — V. 209 codd. προφανέως. correxit Opsop. post sequentem uersum nonnulla excidisse uidentur. — V. 213 Pr. in fine habet ῥαῖξαι. rell. ῥέξαι sine sensu. quod olim Alex. dedit ἤθελ' ἕρξαι durum est. mihi certa uisa est emendatio An. Par. de qua Alex. 'speciosa sane coniectura' inquit 'quamquam praestaret ῥύσασθαι, si talia semper curarent Sibyllistae'. — V. 215 εἰς πλάγι' Opsop. recte dedit ex emend. Turnebi. codicum scripturae πλάγιον (πλάγιν F, πλάσιν L R) ortae sunt e compendio male intellecto. — V. 221 ἐλλύοντο post Aurat. edd. omnes. codd. ἐλύοντο. geminata littera offendit Boisson. ad Philostr. epp. p. 196. sed cum ἔλλαβε, ἐλλιτάνευε feramus in Homero et geminata littera in commissura uocabuli compositi sine ulla offensione sit, quidni talia Sibyllae condonemus, etiamsi codices in eius modi rebus securi dissentiant? in proximo uersu scripsi ἀναοιγομένων, quod iam olim, Alexandro teste, docta manus Castalionis margini adscripsit. codd. ἀνεοιγομένων et ἀνεοιγμένων. — V. 233 codd. καὶ μυχῶν γαίης καὶ ἀβύσσον. correxi propter prosodiam, in qua immutanda multa sibi concesserunt Sibyllistae, quotiens aliorum poetarum exempla non deerant, non omnia. — V. 225 codd. πᾶσα ἀπειρέσιος prauo hiatu. ἀπειρέσιος cum ab aliis nonnunquam, tum a Sibylla saepe producitur quemadmodum v. 235. sed hiatus ferendus est in fine uersus. etenim quam licentiam Homerus post primum et quartum pedem, eandem etiam post tertium et quintum pedem Sibyllista sibi concessit, in primis libri primi et secundi auctor et ne hoc quidem sine exemplis Homericis. cf. Hoffmann. Quaestt. Hom. §. 64. 66.

V. 231 antt. codd. ἔθετο, errore librarii. ἐσαθρήσῃ in fine uersus emendaui propter syntaxin. — V. 233. τεῖχον codd. Friedl. τοῖχον Opsop. Alex. — V. 234 'Alexander, in fine, inquit, soloecum est ἁρμοσθέντα pro ἁρμοσθὲν ex nimia scribendi festinatione. sed lege ἁρμοσθέντος.' uerba sunt dissert. p. 21, quo tempore nesciebam idem iam Opsop. proposuisse. pro ἁρμοῖσι κατ' ἀντίον fortasse scribendum est ἁρμοῖς κατεναντιόν. — V. 236 codd. πάντοσε Νῶ' ἔμορεν ὀφθαλμοῖσιν ὁρᾶσθαι, unde Opsop. fecit π. Ν. μόρον μόρεν, alii alia tentauerunt. nostra emendatio fortasse audacior est, sed apta ad sensum. — V. 239 corrupto neque Opsop. coniectura διελὼν τότε, neque Turnebianum τότε διέελον satisfecit. In prox. vv. codd. πόλον. κεκμηκότα. ἔχε. — V. 242 πελιήν retinui cum Opsop. ex optimis libris. πελιή est femininum adiectiui πελιός quod pro πολιός dicebatur teste Arcad. p. 41, 3 et columbam Graecis a colore nomen tulisse docet Etym. M. s. v. — V. 243 γνοίη dedit Opsop. pro γνῷ, recte propter syntaxin et metrum. sic etiam emendandus fuit v. 248, in quo legebatur ἵνα γνῷ εἴπερ.

V. 255 τάχος ὑπεξέπεμπεν B et sic fere A Pr. prius uocabulum correxit Alex. in secundo, coll. v. 247, nihil mutaui, nam neglegentissimus est auctor

huius oraculorum libri in temporum usu. — V. 257 codd. metri nimis securi habent *γαῖα* et post *πέλει* addunt *πέλας*. sed haec est dittographia e calami lapsu orta, librario in proximis uocabulis aberrante. ad sensum prorsus non pertinet et recte iam ab Opsop. neglecta est. — V. 260 codd. iam dudum ab Opsop. emendati *ῥηγνυμένη* sine sensu. codd. antt. *ἐπ'*, praeterea A *ὀλίγοις*, itaque fortasse legendum est *ὀλίγαισιν ἐπ' ᾔόσιν ἐστήριχτο*. — V. 265 edidi ex emend. Hueti. codd. contra metrum *ποταμοῦ Μαρσύου πέφυκαν*. Alex. 'in fine' inquit '*πέφυκαν* alexandrino more dictum est, ut *ἔοργαν* l. XIV, 253'. — V. 266 codd. non *τῇ* ut nos sed *τῷ δέ* uel *τοῦ δέ*. omittunt tamen *δέ* Pr F R recte propter sequens uocabulum. *ἐφ' ὑψηλοῖο καρήνου* Ann. Lond. Par. codd: *ἐν ὑψηλοῖο καρήνῳ* pro quo Alex. *ἐν ὑψηέντι καρήνῳ* dedit. — V. 267 exhibui ad fidem codd. A B. proximum uersum qui in eisdem libris deest, quia interpolatus uidetur, uncinis inclusi. — V. 274 *ἐπειή* quod v. 238 pro *ἐπεί* cum Opsop. retinui, hoc in loco debetur Alexandro. etiam v. 303 restituendum fuit. in proximo uersu libri habent *νοερῶς*, unde Opsop. *Νῶε δ' ὡς* dedit. — V. 276 libri perperam habent *ἧς ἀποθαρσήσας*. recepi *ἦξ'* profectum ab Alexandro quem etiam Friedl. tacite secutus est, quamquam bene scio hanc formam insolentiorem esse. ceterum ne sic quidem locus corruptus, quem malo nescio cuius lacunae supplemento a librariis interpolatum esse apparet, bene sanatus est. — V. 279 deest in B Pr., sed extat in A et recc. codd. — V. 281 codd. *εἴκοσι* et v. 283 *ἄκοιτις* pro *αὖτις*. *αὖθις* Opsop. — V. 285 *ἐξ ὅτευ* A B, *ἐξ ὅθεν* Pr. *ἐξότε* est particula Callimachea quae saepius apud Nonnum redit. — V. 289 codd. *κλυδωνισθεῖσα σὺν ἐμῷ π. κ. δ. ἐμῷ* quod uacat metri caussa eieci. de *δαέρεσσιν* recte Alexander 'in *δαήρ* priorem syllabem natura longam esse monet uocatiuus *δᾶερ*. sed Sibyllistae talia non semper curant'. in proximis uersibus qui sicut uulgo leguntur sanam sententiam non exhibent, excidisse quaedam mihi uidentur. itaque asteriscos posui post *ἄρτι δὲ αἰνήσω*, de hiatu cf. ad v. 225, et post *ἐν συκῇ συκῇ*, nam sic codd. antt., in quibus v. 292 uno pede metrum excedit. etiam Alex. aliquando suspicatus est truncatuon esse Sibyllae textum hoc in loco. — V. 299 certissimam recepi Alexandri coniecturam. codd. *οἱ δέ τε τηθευτῆρες* quod pro *τιτθευτῆρες* uix dici potuit.

v. 300—400.

V. 301 codd. *ἀχέροντας*, recte Alex. 'putauit auctor, ut *Τάρταρα* sic posse *'Αχέροντας* pluraliter efferri'. — V. 309 de *ἕκαστον* nunc adquiesco in Alexandri interpretatione, qui prouocauit ad Il. *Γ* 180, sed cf. dissert. p. 21. — V. 315 An. Lond. coniecit *ἐπ' αὐτοῖς* probante Alexandro. — V. 320 hiatus in caesura factus, ut iam supra monui nihil habet molesti et quia *ἐπ' ἄλλυδις ἄλλο* formula epica est quae Sibyllistis intacta ubique mansit, nolui reuocare antiquam scripturam *ὀρνυμένου ἐπὶ ἄλλυδες*. in fine uersus Alex. optime propter syntaxin *ποιήσῃ* scripsit. idem v. 322 *ὀλιγώσειε*. codd. perperam *ποιήσει*. *ὀλιγωθείη*. — V. 326 codd. antt.: *ἄφωνα ὄν αὐτῷ*, recc. *ἄφ. ὄντα ἐν αὐτῷ*. Friedl. scriptura *ἄφωνα ἐν αὐτῷ* quam etiam in Theosophia inuenerat Opsop. propter hiatum ferri non potuit. — V. 335 *ἀτάρ* uim copulatiuam habet ut infra v. 353. 369. II. 46 all. quod etiam de usu particulae *δέ* obseruandum est. cf. ad v. 163. — V. 348 datiuus *φαῒ* pro *φάει* extat etiam in eadem uersus clausula in Frg. I. 18.

V. 350 *ἐποίασι* codd. *ἐποίασι* corr. Castal. — V. 358 *εἰσαΐσουσι* Pr, *ι* male correpto itaque scripsi *εἰσαΐουσι*, praesente pro futuro posito, ut v. 297. II, 22 et sape in Sibyllinis. codd. recc. *εἰσακούσουσι* quod quia falsum est in textum recepit Friedl. — V. 367 Castal. ex VIII. 275 recte *ἅμα* post *ἄρτων* inseruit omissum in codd. Lactantius in fine legit *καὶ ἰχθύεσσι δύοισι* quod magis ad N. T. accedit. Idem v. 359 pro *εἰς παρθένον ἁγνήν* habet *εἰς ἐλπίδα πολλῶν* cui proxime accedit VIII. 278: *εἰς ἐλπίδα λαῶν*. agnoscimus ex hoc uno exemplo quid vel antiquissimi codd. ab interpolatorum manu perpessi sint. — V. 361 *αὐδήσει* audiendi sensu prorsus barbarum. sed non satisfacit Turnebi coniectura *ἐνθήσει*, quam Alex. probauit. Versuum ordo circa v. 362 turbatus est. etenim v. 362—364, sublato puncto post *διεδηλήσαντο* collocandi sunt post v. 386, quod cuique, modo attente hunc locum perlegerit, probabitur, omnino v. 365—368 profecti uidentur ab interpolatore christiano Iudaeis infesto. hoc etiam Alex. intellexit, qui curr. post. v. 361 haec habet: 'nota in hoc et proximis uersibus aliquid inesse aduersus Iudaeos inuidiae, quibus contra aperte fauebitur in fine libri; quod alicui uideri possit diuersae manus indicium, non tamen certum'. *ἐξαφελεῖται* v. 363 ferri non potuit.

V. 378 sub finem uitiosus est. Alex. 'uide ne legendum sit *τεθνεώσιν* uel *τεθνῶσιν*, trisyllaba uoce, ita ut in *ἐπανάστασιν* penultima licenter producatur'. idem in proximo uersu recte *εἰς* dedit pro *ἐς*. — V. 382 codd. *καλύψας*. deinde *διάδημα*, sed Pr. *διάστημα*. utrumque bene correxit Castalio. *διάθημα* est *διαθήκην*. monet Alex. hanc uocem sane insolitam esse, tamen non ab usu Sibyllino abhorrentem. sic enim *ἀνάσταμα* VIII. 268 ab *ἀνίστημι* licenter deriuatum esse. omnino notandum in aliis quoque compositis a *τίθημι* tres formas occurrere, *προσθήκη, πρόσθεμα, πρόσθημα. ἀνάθημα, ἀνάθεμα, ἀναθήκη. ἐπίθεμα, ἐπίθημα, ἐπιθήκη* licet non omnes aeque receptas. cf. Lobeck. ad Phryn. p. 249. — V. 384 codd. *καθοδηγηθέντες* manifesto falsum. — V. 387 antt. codd. *ἔντευθεν δ' ὅταν*, bene correctum in recc. — V. 394 *καππεσεῖται* quod Pr corruptum, *καππέσεται* quod edd. barbarum. *καππεσέηται* L R. itaque fortasse legendum est *βληθεὶς παππεσέηται*. sed incerta fides est horum librorum. quare rem integram reliqui. — V. 395 *ἐλάσσονται* in fine corruptum. grammaticae et sententiae unice conuenit *ἐλαθῶσι*. denique v. 397 puto *μίξωσι* esse scribendum.

Sed in his subsistendum ne cum emendationum numero augeatur copia errorum. Tibi autem, uir doctissime, haec qualiacunque conscripsimus, non prorsus displiceant, studiisque nostris, ut faues, fauere pergas.

R. V.